



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Lvcaë Pinelli Societatis Iesv, Theologi, Exercitia
Spiritualia Qvadragesima, De Sacrosancto Eucharistiæ
Sacramento**

Pinelli, Luca

Coloniae, 1608

Christvs Edvcitvr ad crucifixionem. Matth. 27.Ioan.19.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59691](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59691)

MEDITATIONES.
CHRISTVS EDVCITVR
ad crucifixionem. Matth.
27. Ioan. 19.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. CONTEMPLARE quomodo Pilatus officij, & gratiæ Cæsaris amittende timore victus, ad impiorum Iudæorum postulationem, Christum innoxium ad Crucis supplicium condemnauit.

II. CONSIDERA quo cum affectu Christus crucem amplexatus fuerit, quam ipse ingenti cum desiderio hactenus concupiuerat & exspectauerat, vt in ea redemptionis nostræ pretium exolueret, ideoque eorum iudicibus, se neque defendere, neque crimina sibi obiecta, licet falsa, à se remouere, voluit.

III. CONTEMPLARE quomodo IESVS crucem in contractis humeris suis gestauerit, quam tamen illo sub onere propter nimiam debilitatem sæpius cadente, carnifices postmodum, vt tanto citius ad locum supplicij peruenirent, illum que cruci affigerent, Simoni Cyrenæo ferendam impoluerunt.

DOCUMENTA.

Fili si iustitiam administrare dissimulas, ut

DE PASSIONE CHRISTI. 32

vel officij, vel gratiæ magnorum virorum iacturam facias, uti Pilatus fecit: animam tuam perdes & gratiæ diuinæ detrimentum facies.

2. Qui non fert crucem suam, animo libenti ac voluntario propter amorem DEI, meritum perdit: laborem sibi conduplicat, & crucem suam grauiorem, atque ad portandum molestiorem efficit.

3. Fili, nunquam deponere desiderium patienti pro amore Christi, qui tanta pro te passus est, quamuis alij tibi in ferenda cruce auxilio sint.

COLLOQVIUM.

QVo pergis afflictissime IESU? Hac via non gradiuntur innocentes & iusti, qualis tu: sed latrones, & malefactores? Vah impie Pilate; sicine cõdemnasti DEUM filium, quem nulli culpæ affinem atque à Iudæis per inuidiam accusatum tibiq; traditum esse non ignorabas? Maluistine sceleratæ illorum voluntati morem gerere, quam iustitiæ atque conscientiæ tuæ satisfacere: O mesta mater MARIA quid ages? Num appellabis ab iniusta sententia? Sed ad quem appellabis, cum ipsemet DEVS Patet velit eum mortem pro nobis oppetere? An te ipsa DEO pro salute nostra in sacrificium offeres? O benignissime Iesu intelligo Pilati sententiã non effecisse, ut per hanc viam

MEDITATIONES.

crucifigendus pergeres, sed peccata mea.
 Non ludæi te ad montem Caluariz duxe-
 runt, sed tuæ istæ sorores, obedientia &
 charitas, quæ te iam inde à natiuitate sem-
 per comitatæ fuerunt. Hæ passæ non sunt
 vt te coram iudicibus defenderes: hæ mo-
 dò viam tibi sternunt ad locum sacrificij, vt
 ea quæ tibi à Patre imperata sunt absoluas.
 Te obsecro pijsime De vs, da mihi
 gratiam vt ad tui imitationem
 quando ab hominibus in-
 iuste iudicor, id patienter
 & humiliter tole-
 rem.

CHR

I.
 nem
 defi
 nis
 vt i
 felle
 nec
 to li
 petu
 II
 men
 prop
 cum
 te au
 & pe
 ximo
 III
 super
 expli
 dine
 & pe